

Primus philosophorum.

nisi secundum quod habent attributionem ad motum vel secundum quod a motu causantur vel secundum quod per motum cognoscuntur sicut deus in octavo philosophorum. Ad aliud dicitur quod quiescibile et mobile non opponuntur quia dicuntur de eodem. secundo dicitur quod rectum est inder sui et obliqui et quod oppositorum eadem est disciplina. Ad aliud dicitur quod ens sensibile non ponitur in diffinitione motus sed ens in potentia quod idem est quod ens mobile. Ad aliud dicitur quod immobilitas et abstractio non dicuntur rationem aliquam per quam deueniamus in noticiam passionum geometrie.

Ad octauum dicitur quod ens mobile aliter est subiectum in tota philosophia et aliter in isto libro. Nam si consideres ipsum ens mobile quantum ad omnes modos essendi possibile in se et in suis partibus specialibus sic est subiectum in tota scientia naturali. Si vero consideres ens mobile in vltimo et precise secundum rationem abstractam. id est eodem omnibus entibus naturalibus et quantum ad passiones communes sic est subiectum in scientia ista. Ad aliud dicitur est ibi abstractio a materia particulari quod sufficit. Ad capitale dicitur quod subiectum non dicitur res predicamentorum diuersorum. scilicet de veritate. q. xiiij. ar. viij. ad decimum sextum dicitur licet corpus mobile sit subiectum tamen hic non docet omne dicibile de corpore mobili sed solum quod ex principiis philosophie naturalis manifestatur. S. T. de veritate. q. xiiij. ar. viij. ad xvj.



Quartum sic proceditur videtur quod vltima non sunt prius nota quia per effectus deuenimus in causas et principia: sed vltima sunt quedam principia ergo vltima sunt posterius nota quo ad nos. Sed contra est philosophus dicens quod ex vniuersalibus in singularia oportet deuenire.

Respondeo dicendum quod triplex solet poni ordo intelligibilium vnus est ordo originis vel secundum generationem: alius est ordo perfectionis: tercius est ordo adaequationis vel causalitatis precise et sic dicimus hominem esse primo risibilem sed secundo modo conceptus dei est primus / sed hic loquimur de conceptu primo secundum originem. id est de illo quo primo concipimus. Et est opinio doctoris subtilis quod primum actualiter cognitum confuse est species specialissima cuius singulare primo mouet fortius et primo mouet sensum siue sit audibile siue visibile. Quodcumque enim indiuiduum fortius mouet sensum eius species primo cognita est cognitione confusa.

Pro quo notandum secundum eum quod duplex est conceptus scilicet simpliciter simplex. id est qui non est resolubilis in plures conceptus / vt conceptus entis vel vltime de se. id est de se individualis siue ipsius indiuidui. Alius est conceptus simplex qui non est simpliciter simplex vt conceptus diffiniti vel speciei. Item aliud est confuse intelligere et confusum intelligere. Confusum idem est quod indistinctum et sicut duplex est indistinctibilitas scilicet totius essentialis in partes essentielles et totius vniuersalis in partes subiectiuas. Ita est duplex distinctio duplicis totius predicti ad suas partes. Confusum igitur intelligitur quando intelligitur aliquid indistinctum altero predictorum modorum. sed confuse dicitur aliquid concipi quando concipitur sicut exprimitur per nomen. distincte vero quando concipitur sicut exprimitur per diffinitionem. Contra hanc opinionem arguitur quia secundum auicennam ens et res talia sunt quod statim imprimuntur in anima prima impressione. Item non sunt eadem nota nobis et nature sed singulare. id est species est prius

nota nature igitur non est nobis primo nota. Item superius actu et intellectu includitur in inferiori: ergo species inferior non potest intelligi sine genere. Sed dices quod verum est diffinitiuum et distincte. hoc enim modo confusiora sunt priora: et ideo methaphisica. que est de ente est prima scientia in ordine cognitionis distincte licet alie sint priora in ordine confuse cognitionis.

Contra cognitio quam de alijs scientijs habemus antequam habeamus methaphisicam est per diffinitionem: quia diffinitio subiecti est medium: ergo antequam methaphisicam per alias scientias cognoscatur res distincte. Item secundum istum genus primum citius cognoscitur quam remotum ergo possumus cognoscere aial et rationale ante substantiam vel ens ergo possumus hominem cognoscere distincte sine ente.

Secundo ille conceptus prius imprimi intellectui respectu cuius requiritur minor vigor in intellectu continue namque intellectus vigorat sed conceptus entis et alij confusi exigunt intellectum minus vigoratum quam conceptus speciei specialissime. Item conceptus speciei specialissime est multum difficultus ad inuestigandum ergo non est primus antequam per quod in multis piscibus et aialibus nescit an sint eiusdem speciei et tamen nullus dubitat an sint entia. Item prius per se sunt prius note sed prime per se sunt ex terminis vltimis cognoscuntur ex terminis quod vltima sunt prius nota.

Item omne agens naturale appropriatum passio ducit ipsum ab imperfecto ad perfectum vnde aqua prius est tepida quam calida et pictor prius facit coloratones imperfectas et a pura potentia non transitur ad actum perfectum nisi per motum medium sed conceptus generici sunt potentiales respectu specificorum igitur. Item secundum philosophum hic sunt prius nobis nota confusa magis. Item videtur Scotus quod species est quodammodo confusa et vltima et prius cognoscitur. Sed species non est magis confusa: sed ipsum genus. sed dices quod magis confusa sunt prius nota quam species distincte cognoscitur. Contra philosophus probat per pueros quod prius vocat omnes viros presens. constat autem quod puerorum cognitio non est distincta. Item quando videmus aliquid a longe prius iudicamus ipsum esse aial quam esse asinum. Item videtur Scotus quod verum est secus autem est quando obiectum est debite approximatum. Sed contra dato quod ignis sit debite approximatus semper procedit de imperfecto ad perfectum quia approximatio non variat ordinem naturalem qui talis est quod nullus attingit extremum nisi per medium. conceptus autem genericus imperfectior est.

Item videtur igitur cum sancto thoma prima parte. q. lxxxv. ar. iij. quod in cognitione nostri intellectus duo operis considerare. Primo quedam quod cognitio intellectiva aliquo modo sensitiva primo dicitur sumit: et quia sensus est singularium et materialium: quia materialia sunt magis sensibilia. Intellectus autem est vltimum necesse est quod cognitio singularium quo ad nos prior sit quam vltimum cognitio et intellectus nisi per materialia venit in cognitionem in materialium. Secundo operis considerare quod intellectus nisi de potentia ad actum procedit. Et ideo prius operis res indistincte et sub quadam confusione cognoscere quam distincte et determinate vt. s. probatum est. Cognoscere autem aliquid in quo plura continentur siue in vltimo est cognoscere aliquid sub confusione. Sed cognoscere distincte id quod continetur in toto vltimo secundum. S. T. est habere cognitionem de re minima communi sicut cognoscere aial indistincte est cognoscere aial in quantum est aial. Cognoscere autem aial distincte est cognoscere aial in quantum est rationale aut irrationale quod est cognoscere hominem vel leonem sicut igitur quodcumque magis vltima prius occurrit intellectui nostro: et quia sensus exit de potentia in actum sicut intellectus. Ideo prius secundum sensum diiudicamus magis